



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprtrice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput II. Beneficium aliud est duplex, aliud simplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

cificam tanti temporis possessionem ex seculari fit regulare; & e contra ex regulari secularare. V. Less. & Laym, l. c.

CAPUT II.

Beneficium aliud est duplex, aliud simplex.

Beneficia duplicia sunt, quæ aliquam præminentiam, jurisdictionem, vel administrationem habent; Inter quæ aliqua ob præcellentem officii & dignitatis Ecclesiasticæ gradum, dicuntur majora & sublimia, ut Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Episcopatus, &c. quæ sunt veluti culmina Beneficiorum ac dignitatum. Unde etiam sub communi nomine Beneficiorum non comprehenduntur, præsertim in pœnalibus, aliisque strictæ interpretationis Canonibus. V. Laym. l. c. & lib. i. tit. 5. p. 5. cap. 2. ubi ait, attentâ praxi Ecclesiæ, privilegia, quæ Episcopis ob statûs dignitatem concessa sunt, ad Cardinales fermè extendi solent, præsertim cum Cardinalatus, juxta communem DD. sententiam

Quid sit beneficium duplex.

Inter duplicia quædam sunt majora & quæ illa.

Cardinalatus estne major dignitas Episcopatu.

contra

Statuitur
quadruplex
ordo Epi-
scoporum
in Ecclesia.

contra nonnullos, prima sit dignitas post Pontificatum, & major Episcopatu, non quidem ordine, sed potestate, jurisdictione, & regimine universalis Ecclesiae. Porro ordo Episcoporum in Ecclesia est quadruplex. Nam primò sunt Patriarchae, sic dicti, quasi Principes, sive supremi Patrum, utpote quibus subsunt Archi-Episcopi, & ad quos ab his appellari licet, &c. Sunt autem post Papam Patriarchae quatuor, inter Theologos & Canonistas magis nominati; Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolymitanus, Antiochenus. Deinde Primates, sumpto à Gentilibus hoc nomine, sic dicti, quòd post Papam primariam judicariam potestatem habeant, nomine differentes à Patriarchis, non item re, & officio. Tum Metropolitanus, dicti à mensura civitatum, seu potius dioecesium Episcopaliū, quibus praesunt: alio nomine dicti Archi-Episcopi, hoc est, ordinarii superiores Suffraganeorum, sive aliorum Episcoporum suae Provinciae. Hi enim collati ad suum Archi-Episcopum, illius Suffraganei dicebantur. Quamvis modò hoc nomine communius eos significemus,

mus,

mus, qui in conferendis sacris Ordinibus suorum Principalium vices gerunt. Caterum nomen Archi-Episcopi non est ab illis usurpandum, nec exercenda ea, quae sunt Ordinis Episcopalis, neque cogendum Concilium ante receptionem pallii, quo designatur plenitudo officii Archi-Episcopalis. Videntur nihilominus posse alteri, v.g. Suffraganeo suo ante acceptum pallium, concedere facultatem ordinandi: cum talis deman- datio sit actus ordinariae jurisdic- tionis, quae una cum administra- tione post obtentam confirmatio- nem ipsi competit, ac denique E- piscopi. De quibus *V. Laym. lib. 1. tit. 4. cap. 7.* Alia vocantur minora seu media, & sunt primò omnes reliquae dignitates seu Prælatu- rae habentes jurisdictionem in foro externo. Nam præminentia cum jurisdictione in foro externo pro- priè dicitur dignitas. Talem digni- tatem obtinent Abbates & alii Prælati tam seculares, quam regu- lares. Secundo loco sunt Personatus, hoc est, præminentiae in Ec- clesia sine jurisdictione fori exter- ni, quales sunt Cantoriae, & similes, quibus competit locus honorifi- centior

Quid liceat
Archi-Epi-
scopis ante
receptionem
pallii.

Quae Bene-
ficia ex du-
plicibus
sunt minora
seu media.

centior in Choro, Processionibus, dandis suffragiis, &c. rectè tamen notat *Less. l. c.* in hujus nominis significatione observandum esse usum locorum, nam in quibusdam locis dignitates & beneficia curata vocantur Personatus. Tertio sunt officia, quæ habent administrationem rerum Ecclesiasticarum sine jurisdictione, ut sunt beneficia Sacristæ, seu Thesaurarii Ecclesiæ, &c. Denique Parochialia sive curata, utpote duplici curâ & onere constricta. Nam præter recitationem Horarum omnibus communem habent administrationem suæ Ecclesiæ & subditorum suorum: adeoque aliquam in Ecclesia præ reliquis simpliciter beneficiatis eminentiam. Beneficia simplicia sunt reliqua omnia, quæ neque specialem præeminentiam, jurisdictionem, aut administrationem habent, sed instituta sunt ad preces tantum persolvendas & alia divina officia peragenda, ut sunt Canonici cathedralis, Capellæ, Sacella, Altaria, &c. In dubio, utrum Beneficium aliquod sit simplex, an verò curatum, censebitur esse simplex, quia multæ conditiones requiruntur, ut sit curatum,

Quæ Beneficia dicantur, & sint simplicia.

In dubio sitne Beneficium simplex, an curatum, habebitur pro simplici.

ratum, quæ non presumuntur, nisi
probeantur. *V. Diaz p. 4 tr. 3. ref. 740*

C A P U T III.

*Beneficium aliud est titolare, aliud
manuale.*

Titulare dicitur, quod in titu-
lum perpetuum confertur, ita
ut beneficiato sine gravi & iusta
causa auferri non possit, & hujus-
modi Beneficia ordinariè sunt sæ-
cularia. Manuale est, quod quidem
confertur in titulum, sed revocabi-
liter, ita ut à Præfato absque gravi
causa auferri possit, & talia sunt
ferè omnia regularia, quæ neque
curata, neque electiva sunt: item
Prioratus, quem confert Abbas,
non verò conventualis, qui per
electionem Conventus seu Capi-
tuli confertur in perpetuum: Simi-
liter officium Sacristæ, Thesaurarii,
&c. hæc enim à Præfato ad nutum
revocari possunt. Dicitur autem Quid sit
Beneficium conferri in titulum, Beneficium
quando illud ab ordinario Colla- conferre in
tore legitimè confertur, idque vel titulum.
in perpetuum, vel ad nutum Præ-
fati revocabiliter. Nam hæc colla-
tio,